THOMAS EBENDORFER. HENRICUS DE WERLA
15. Jh.
Seite Beilage_v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35993
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

patientia siquidem, quia quos in hac vita temporalis erumpna (erumna?) flagellis subjecit, his ut fide credinq per collata patientia, perpetua hereditatis jura tradere disponit, et quos uti mancipia nunc duris verberibq efficit, eos per occulta cautionis edicta ut filios in primitivorum perpetua possessionis ascivit. Pater enim filium, quem diligit, corripit ad Hebr. 12. Hac plane virtus patientia ad perfectionis culmen homines evehit, et terribilem ~~[illegible]~~ hostibq dimicante animam facit, contra omnia vitia victoriam tribuit, et contra furentis mundi precipites impetus insuperabile reddit, dicente Domino, Luce 21, In patientia vestra possidebitis animas animas vestras. Hac etiam ratione solatii Deus ~~ejusdem~~ ejusdem dicitur, quia in se confidentibq prestabit solatium, et post fletu ~~[illegible]~~ consolationem confert, et gaudium sempiternum sine fine mansurum. Ut sit post luctum requies, post tenebrosa jubar, quod nequaq mens humana concipere, aut quo lingua poterit explicare quantum tunc erit electorum ~~[illegible]~~ gaudium, quanq inenarrabilis letitia beatorum, cum periclitatis mundo ipsi in post omnibq periculis subjacere desinunt, et venienti sponso obviam accensis lampadibq tripudiantes occurrunt. Preterea et Deus patientie et solatii etiam apte Deus spei dicitur, quia ipse est nedum nostre spei objectum, sed et basis et fundamentum.